

gulares sine licentia Episcopi non possunt promulgare novas indulgentias, Ordines, Chirographa, consecrationes Ecclesiarum ab extraneo petere; nisi speciali privilegio sint muniti. Vide Barb. de off. & potest. Ep. alleg. 105. a num. 14. Cokier de Jurisd. Ord. in exempt. p. 2. q. 45. Fagnan. & alios.

§. IV.

De Regularibus apostatis, fugitivis, & ejectionis.

37. *Apostata* est, qui a Religione recedit animo non redeundi, sive habitum religiosum deponat, sive non. *Fugitivus* est, qui abiit animo vagandi, & rursus ad Religionem redeundi. Cujusmodi etiam est ille, qui sine licentia superiorum abiit animo, seu prout accendi majores superiores, Trid. Sess. 25. c. 4. de regul. Ex communi tamen DD. excusatur a fugas, qui ex causa imminenti injuria, & notabilis gravaminis inferendi, abiit ad majorem superiorem; dummodo id profectur saltem coram duobus gravibus religiosi; at ob gravamen jam de preterito illatum non licet ita abire, Constit. Sixti V. Cum de omnibus, & alia incip. Ad Romanum spectat. Ejectionis est, qui non sponte recedit, sed per sententiam condemnatus exire compellitur.

38. *Q. I. Que sint poena apostatarum & fugitivorum?* R. I. Excommunicatio lata sententia: que tamen citius non incurritur, nisi apostata, vel fugitivus habitum dimittat, c. 2. ut periculosa, Ne Clerici in 6. que Constitutio, utpote prenalis, non debet extendi ad eos, qui habitum retinent, 2. In apostata, vel fuga, nec ordinari, nec in ordinibus ita susceptis ministrare possunt cap. fin. de apost. cap. fin. d. 50. si vero hanc suspensionem violant, tunc primum sunt proprie irregulares. 3. Apostata, vel fugitivus non gaudet privilegiis sui Ordinis, Trid. Sess. 25. cap. 19. de reg. 4. Proficiscientes Romam sine licentia Generalis, aut provincialis, biennio privantur voce activa, & passiva ex decreto Clem. & Urb. VIII. incip. S. Congregatio Card. 5. Noctu de claustris furive exiens, graviter quidem peccat, & ex decr. Clem. casum reservatum (si eum superiores sibi reserverunt) incurrit; non tamen excommunicationem, nisi dimisso habitu vagetur; que vagatio est species fuga; adeoque sublat excommunicationi cap. 2. ne clerici in 6. Cetera poena desumpta sunt ex statutis cujusque Ordinis; & convenienter infligitur carcer, ut libertas, que illicite ampliata fuit, licite in carcere restringatur. Apostata nullo modo liberantur ab observantia sui instituti, ne delictum eis suffragetur; neque absolvi a confessorio possunt, donec habeant serium animum redeundi.

39. *Q. II. Quid juris circa ejectionem incorrigibilium?* R. I. De jure com. ille censetur incorrigibilis, qui in gravi delicto, sive ejusdem, sive diversae speciei ter monitus, & correctus se non emendat, cap. 10. de judic. cap. fin. de stat. monach. Insuper de jure novo ad incorrigibilitatem requirebatur, ut religiosus unius anni spatium in jejuniis, & penitentia probaretur in carceribus ex decreto Urban. VIII. incip. Sac. Congregatio Card. 1624. die 21. Septembr. que probatio redunda est ad carcerem semestrem per Const. Inn. XII. incip. Insanabilis 24. Julii 1694. ubi etiam precipitur, ut pro causis incorrigibilium eligantur sex patres in capitulo provinciali, & in quavis provincia sex in capitulo provinciali; de quorum consilio, & assensu tandem ejectionis fieri possit; accedente approbatione Generalis. 2. Ejectionis non fit plene sui juris, sed in conscientia tenetur se emendare, & ad Religionem redire. Ideoque tenetur ad observantiam votorum, & aliarum sui instituti regularum, que compatiuntur cum presenti ejus statu. Ita hodie com. sent. nam cap. fin. hoc tit. innovatum est per cit. Decretum Urbani VIII. ergo sicut Praelati regulares tenentur fugitivos, & ejectionis etiam iuste, & juris ordine servato, annuatim seu dum se occasio offert, requirere; ita etiam isti tenentur ad Religionem redire. Plura de his scripti in mea epistola iudicii summarii criminali.

Iuste ejectionis non habet actionem petendi a Religione alimentaria, ut probat Bened. XIV. lib. XIII. de Synod. dioc. cap. 11. num. 25. licet sit Societas Jesu, & promissus fuerit post emissis vota simplicia ad

Sacros etiam Presbyteratus ordines, ex Constit. Bened. XIII. Injuncti 14. Jun. 1728. qui tamen non redduntur inhabiles, ut ejectionis post admissionem ad vota solemnia, ad Ecclesiastica munia obeunda, & beneficia assequenda ex decreto Congr. Conc. 11. Febr. 1662. relato a Bened. XIV. loc. cit. n. 21.

TITULUS XXXII.

De Conversione Conjugatorum.

Agitur de hac materia 27. *quest. 1. & 2. praefertim a Can. 19. & 33. quest. 5. Nov. 123. cap. 40. que tamen in eo, quod docet matrimonium consummatum per Religionem dissolvi, correctae est a jure Can. cit. cap. 19.*

1. *Nota* per conversionem conjugatorum hic intelligi transitum eorum ad Religionem post matrimonium ratum, vel consummatum.

2. *Q. I. Quibus sponsis de praesenti concedatur bimestre ad deliberandum de ingressu Religionis?* R. Illis solum, qui cogitant, seu assensum, vel velle ingredi Religionem, cap. 7. ex publico. hoc tit. quod si tempus istud a iudice praefertur, ex quacumque causa protraheretur, adhuc durante matrimonio rato, liberum erit ad Religionem convolare; cum parvo ille a Christi concessus sit omnibus, qui necdum matrimonium consummarunt; 2. matrimonium ratum non citius, nisi facta solemniter professione, dissolvitur quoad vinculum, & tunc primum alteri parti in saeculo remanenti liberum est ad alia vota transire, cap. 2. 14. h. t. Trid. Sess. 24. Can. 6.

3. *Q. II. An, & quomodo post matrimonium consummatum liceat Religionem ingredi?* R. I. Si mulier intra bimestre de Religione cogitans, per vim, aut gravem metum cognita fuit, probabiliter potest, altero invito, Religionem ingredi: ita Abb. Felin. Fagn. Reiff. & alii contra Host. Sylv. Cov. Engl. &c. nam jure suo per delictum alterius spoliari non potuit per cap. 6. de eo qui cognov. Quia vero ex tali ingressu plerumque magna incommoda sequerentur, ut desertio prolis educandae, & desolatio mariti, qui sine spe alterius conjugii manere deberet in saeculo, cum per professionem uxoris tale matrimonium, utpote consummatum, non dissolveretur; ideo praesertim abstinere ab ingressu Religionis. Nec obstat cap. 13. hoc tit. & Can. 13. si quis 15. *quest. 1. & similia jura*: nam procedunt in casu, quo matrimonium sine vi, & injuria alteri illata consummatum fuit.

4. *R. 2. Jure consummato matrimonio, extra casum divortii perpetui, non licet Religionem ingredi, absolute spontaneo consensu alterius partis, c. 17. hoc tit.* nam jure suo nemo invitus est spoliandus: secus conjugii relicti alterum ex Religione revocare potest, si que tenetur redire: nam talis professio est invalida, licet ex speciali interpretatione juris valeat in vim voti simplicis continentiae c. 3. 12. hoc tit. nisi forsitan protestatus fuisset, nolle se obligari voto continentiae alter, quod dependenter a valore professionis: unde revocatus debuit reddere debet; non tamen exigere, vel mortua uxore aliam ducere poterit cit. c. 3. h. t.

5. *R. 3. Si uterque conjux, mutua licentia non obtenta, professus est Religionem, si quidem alter de alterius professione scivit, valet utriusque professio, quia ipso facto alter alteri scienter dedit licentiam: at si alter de alterius professione nihil sciret, probabilis est, neutrius valere professionem, utpote sine licentia factam; ac proinde uterque exire possit, vel alter alterum ex Religione revocare; neuter tamen petere, aut reddere possit debitum; quia uterque ligatus esset voto simplicis continentiae cit. c. 3. h. t. Similiter si uterque emisisset in saeculo votum continentiae, alter sine licentia Religionem professus, revocari possit, non quidem ad usum conjugii, sed ad obsequia conjugalia.*

6. *R. 4. Praeter licentiam requiritur, ut pars altera, vel Religionem ingrediatur, vel si non est suspecta de incontinentia, saltem votum continentiae emitat, c. 8. hoc tit. hoc tamen non emisso, professio mariti cum sola licentia uxoris esset valida, ita com. nam talis professio nullibi irritatur; ac proinde locus est Regulae: Multa fieri prohibentur, qua si facta fuerint, obliuiscunt reboris firmitatem, cap. 16. de Regular. imo talis*

talis professio cum sola licentia uxoris supponitur valida cap. 9. ex parte hoc tit. ubi maritus, qui consentiente uxore, monachalem habitum suscepit, illa mortua, jubetur redire ad monasterium, & secundum uxorem putatam relinquere. Nec obstat cap. 8. h. t. ibi: nullatenus recipiatur; nam particula nullatenus ex subjecta materia non significat nullitatem, nisi quatenus conjungitur prioribus verbis: sine licentia uxoris nullatenus recipiatur. Porro tali casu, si pars remanens in saeculo, sive sit vir, sive mulier, non scivit obligationem juris, quod teneatur, vel Religionem ingredi, vel si abest suspicio incontinentiae, votum castitatis emittere; revocare potest conjugem professam ex Religione; & istenebitur debitum reddere, ac post mortem conjugis ad Religionem redire, cap. 9. h. t. At si scivit illam obligationem, non permittitur revocatio professi, sed remanens in saeculo compelli debet ad ingressum, vel ad votum continentiae. Quia vero hoc durum est, Praelatus non admittit conjugatum ad professionem, donec ad formam cap. 8. hoc tit. uxor, vel continentiam vocet, vel Religionem amplectatur. Vide Sancti lib. 2. de matrim. disp. 18. & lib. 7. disp. 32. ubi similes casus proponit, quos prudentia Praelatorum non finit in praxim devenire.

Hae species solidae animadversum ex variis facti speciebus mauri discussis in Congr. Conc. a Bened. XIV. lib. XIII. de Synod. dioc. cap. 22. nu. 16. ibi Sacri Canonis adiungit quidem virum aetate florentem ad professionem in monasterio nuncupandam, vel quatenus in proventa iam aetate constitutus sit, ad emittendum in saeculo simplex castitatis votum, dum uxor religiosam instituat amplectitur; & non tunc, cum jura matrimonii sunt lesa: si enim hujusmodi iura ab uxore per adulterium lesa fuerint, quod tunc juniori viro in saeculo manenti imponitur onus emittendi simplex castitatis votum (juxta statutum a Congr. particulari habitae coram Innocentio X. ut cit. loco referretur num. 15.) praescriptum dici debet ad quandam veluti tutorem cautionem: cui quidem stricte jure locus non est, quoties ante acta viri vita nullam futuram incontinentiae suspicionem ingerit. Nota tamen, quod hoc votum in hypohesi emittendum esset a viro innocentissimae, donec uxor Religionem professam videret, ut respicitur Congr. Concil. in Januen. 2. Maji 1722. Thes. Resolut. ejusd. Congr. tom. 2. pag. 164.

TITULUS XXXIII.

De Conversione Infidelium.

Agitur de hac materia 28. *quest. 1. & hic incidenter occasione praecedentis tituli; quia conjugati infideles, seu non baptizati, solent converti ad fidem christianam.*

1. *Q. Quid statuatur in hoc titulo?* R. 1. Applicatur Can. 40. & 51. Conc. Tridentini de impedimento dirimentis criminis, in casu, quo vir infidelis occidit maritum uxoris fidelis, & cooperante, & in mortem mariti machinante; & tunc infidelis, esto convertatur ad fidem, non potest uxorem occisi ducere; secus si nulla machinatio ex parte fidelis intercessit, cap. 1. hoc tit.

2. *II. Si ex conjugibus unus solum convertatur ad fidem, proles doli incapaces dande sunt converso ad fidem, sive sit vir, sive mulier; isque ubi favore Religionis, cui cedere debent jura patrie potestatis, & alia civilia cap. fin. hoc tit. quia summa est ratio, quae pro Religione facit l. 43. ff. de Religios. An vero, & quomodo matrimonium convertorum ad fidem dissolvatur, dicitur lib. 4. tit. 19.*

TITULUS XXXIV.

De Voto, & Voti Redemptione.

Agitur de hac materia in Sexto, & Extravagant. Joann. XXII. hoc tit. in Decreto disp. 27. 28. 30. 31. 32. & 27. q. 1. & 32. q. 1. Can. 3.

1. *Nota* 1. Occasione status religiosi hic agi de votis in genere, & de liberatione ab eorum obligatione, quae liberatio hic late vocatur *voti Redemptio*: stricte

autem votum dicitur redimi, dum personalis obligatio voti transferatur in opus reale; ut si loco peregrinationis detur elemosyna. De votis videri possunt obvia Moralista: ego in praesenti resolvam qq. praecipuas ad forum Canon. pertinentes.

2. *Nota* 2. Votum definitur, quod sit *promissio deliberata Deo facta de meliori bono*: nam votum est actus Religionis, seu laetitiae; ergo soli Deo, & non alicui Sancto fieri debet; & quidem de meliori bono, alias Deo, utpote sanctissimo, non placeret, si obligaret te ad faciendum minus bonum, cujus oppositum est majus bonum; unde materia voti debet esse non tantum possibilis, & bona, sed etiam magis bona, quam ejus oppositum. Consule P. Laym. qui conditiones istas docte explicat, & fusc Salmant. Mor. tr. 17.

3. *Nota* 3. Votum varie dividit: 1. In *commune*, vel *necessarium* ex parte materiae, cujus materia est praecipua; ut si vocas non furari; & *singulare* cujus materia est consilii, ut continentia. 2. In *reale*, quo res externa promittitur, ut pecunia pro aliter: *personalis*, quo propria hominis actio, vel ejus ommissio promittitur, ut orare, abstinere a carnibus; & *mixtum*, quo parim actio, parim res promittitur; ut peregrinari ad limina Apostolorum, & ibi donum aliquod offerre. 3. In *absolutum*, quod a nulla conditione dependet, sed praecise ob honorem Dei dicitur; ut ingredi Religionem: *conditionatum*, quod pendet a conditione, & plerumque imperfectum est ex parte votentis; ut ingredi Religionem, si sanus ex morbo evaseris; & *penale*, quo promittitur poena solvenda a Deo; & in votum in gratiam hominis factum, v. g. jejuna-bo, vel 10. pro elemosyna dabo, si adhuc semel lusero &c. quodsi poena concipiatur ob actum praeteritum, perfecta erit obligatio voti, v. g. quia fornicator sui, voce ingressum Religionis. 4. In *externum*, & *internum*, in publicum, & occultum, in expressum, & tacitum, quorum notitia ex voce patet. 5. In votum soli Deo, seu in gratiam solius divini honoris factum; & hoc statim acceptatur a Deo; & in votum in gratiam hominis factum, v. g. voveo, quod tibi pauperi decem dare velim; & tale votum non obligat, donec ab homine promissario acceptetur.

6. Votum celebri divisione dividitur in *solemne*, & *simplex*, in quorum explicatione Doctores controversant. *Solemne* est, quod votentem perpetuo obligat, & inhabilitat ad quoscumque actus voto repugnantes, sive id oriatur ex jure divino, sive ex jure Ecclesiastico; & talia vota sunt tantum duo: professio religiosa tribus solius votis constans; & votum continentiae de jure Ecclesiastico annexum facti Ordinis, cap. unic. hoc tit. in 6. *Simplex* est, quod obligat quidem votentem, & actus voto contractos reddit illicitos; non tamen invalidos, nisi per accidens, sicut in Societate Jesu vota simplicia pro eo statu, quo quis in Societate vivit, ex speciali dispositione irritant matrimonium contrahendum. Talia vota simplicia sunt cetera omnia, praeter duo supra dicta.

4. *Q. I. Quis possit votum emittere?* R. Regulariter omnis homo viator usu rationis pollens, dummodo votum implere sit in potestate votentis, & nulli praedictiofum. Unde r. Pupilli, & minores non possunt vovere vota realia; nisi forsitan in tempus, quo liberam rerum suarum administrationem habebunt: vota autem personalia nulli praedictiofum emittere possunt.

2. Conjuges, Religiosi, servi, filii, in praedictiofum alterius conjugis, monasterii, domini, & patris, nam talia vota, quatenus aliis praedictiofum, Deus non acceptat; nisi conditionate, si consentiant ii, quorum interest, v. g. si Superior consentiat in peregrinationem monachi &c. si Papa consentiat, ut Episcopus fiat religiosus, cap. 18. de Regular. quo casu ita voventes obligantur ad petendam licentiam, implendi voti gratia. Parochi vero, & Clerici alii, cum vinculo Ecclesiastice suis adstricti non sint, absolute emittere possunt votum amplectendae Religionis; licet de honestate consensum Episcopi requirant: nam a cap. 4. de renunt. excipitur ingressus Relig. generaliter a jure permissus: at quoad alia vota, quae cura pastoralis, aut residentiae praedictiofum, ut vota peregrinationis, Parochi opus habent licentia Episcopi.

5. *Q. II. Qualis sit obligatio ex voto orta?* R. Ex genere suo gravis sub mortali peccato adstringens vov-

ventem, ut fideliter ex virtute Religionis impleat, & reddat Deo, quod promissit: & ideo habent damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. 1. Tim. 5. Levitas materia excusat a mortali; ut si quis ter Pater, & Ave non impleat; item si quis expresse in materia gravi, v. g. jejunio, voluisset obligari sub veniali: nam votum, cum sit privata lex voventis, obligationem suam desinit a gravitate materie, & intentione voventis. Cetera de obligatione voti personalis, & realis desumenda erunt ex iis, que libr. 2. tit. 24. dixi de juramento promissorio; que duo pari passu ambulant.

6. Q. III. Quibus modis cesset obligatio voti? R. 1. Ab intrinseco, dum ex materia licita fit illicita, ex possibili impossibilis, physice, aut moraliter, v. g. voti paterium dicere, & in morbo citra grave nocuum mentis valetudinis illud dicere non potes, &c. item cessante causa, aut conditione; ut si voluisti alere pauperem, vel peregrinari, si filius convalescit; & interim pauper ille fiat dives, vel filius moriatur ante intrinsecam peregrinationem. Nec obstat cap. 7. hoc tit. nam ibi vel non cessavit primaria causa devotionis, vel si cessavit, commutatio peregrinationis facta est ad securitatem, non vero ex necessitate: vel votum fuit mixtum, atque ita expense commutatur in elemosinam. 2. Cessat ab extrinseco per irrationem, dispensationem, & commutationem.

7. Q. IV. Qui possunt irritare vota? R. Omnes, quibus est potestas in voventem, aut materiam voti; cum omnia vota fiant sub tacita conditione, nisi superior contradicat. Et quidem 1. Pater, vel avus, aut tutor irritare possunt omnia vota impuberum sibi subjectorum usque ad annum duodecimum, S. D. 2. 2. 9. 88. art. 2. nam vota impuberum ob defectum iudicii sunt valde imperfecta, & tacite conditionata, si pater, vel tutor non contradicat: nisi ad pubertatem venientes vota ista ratificentur. 2. Pater vota liberorum patrum, dominus vota servi, maritus vota uxoris, & uxor vota mariti eatenus solum irritare possunt, quatenus præjudicant potestati patris, dominice, & maritali, S. D. ibid. ad 2. nam vota ista non acceptantur a Deo secundum id, secundum quod sunt præjudicialia tertio arg. c. 28. de iurjur. atque ita irritatio ista est valde impropria; qui in votis habentibus tacitum successivum non tollit, sed suspendit obligationem voti, v. g. maritus irritavit votum uxoris de abstinendo a carnibus, solum matrimonio, votum reviviscit; sic etiam votum continentie a filio, vel servo emissum nequit irritari a patre, vel domino; quia potestati patris, aut dominice non præjudicat. 3. Prelatus regularis potest irritare omnia vota suorum Religiosorum, exceptis votis professionis, & voto transcendi ad strictiorem Ordinem, Can. 2. monacho 20. q. 1. 4. ubi dicitur, monacho non licet votum revocare sine consensu Abbatis sui; si autem revocavit, frangendum erit: nam monachus non habet suum velle, & nolle. Quod procedit etiam de votis super materia necessaria, v. gr. jejunandi in quadragesima, recitandi breviarium &c. ut com. docet contra Cajet. & Tambur. nam licet Prelatus non possit impedire obligationem præcepti divini, & naturalis, Ecclesiastici, aut regule; tamen impedire potest, ne subditus novam obligationem sibi imponat.

8. Q. V. Quis dispensare possit in votis? R. 1. Potestatem ordinariam omnis, & solus, qui habet jurisdictionem ordinariam in foro externo, uti Papa in tota Ecclesia, Episcopus, ejusque Vicarius, seu capitulum, Sede vacante, in sua diocesi, Legati Apostolici in suis provinciis, Prelati generales in suis Religionibus, provinciales, & locales in suis monasteriis; ita com. nam dispensatio pertinet ad potestatem clavium, seu ad jurisdictionem spirituales fori externi, cum dispensare in voto sit jus Deo quæsitum remittere ob justam causam; ergo. Unde Abbatissa, Parochi, & alii Clerici, ex defectu jurisdictionis in foro externo, non possunt in votis dispensare, licet Abbatissa vota monialium ex potestate materna, & dominice irritare possit, quatenus præjudicant monasterio. Dices: Obligatio votorum est juris naturalis, ergo non admittit dispensationem proprie talem, sed sante iusta causa, materia promissa non continetur sub jure naturali. R. Concedo

antecedens, & nego consequentiam in sano intellectu: nam licet eo casu, quo materia voti ab intrinseco cessat, ut si ex licita fiat illicita, vel ex possibili impossibilis, non sit opus ulla dispensatione, sed pura declaratione, quam etiam quicquid privatus potest, dicendo materiam voti non amplius contineri sub obligatione naturali; tamen si materia voti subsistit, non est locus declarationi, sed jurisdictioni, & auctoritati, qua Prelatus ob justam causam, consensum voventis revocet, & invalidet; atque ita materiam subducit obligationi juris naturalis. Et talis revocatio, seu subductio venit hic nomine dispensationis, que sine nullo privato est permessa. Hec doctrina aperte traditur cap. 18. de jurejur. ubi Papa distinguit declarationem, & abolutionem, seu dispensationem Juramenti. Sic conciliandi sunt DD. S. Bonav. Covar. & alii negantes dari in votis dispensationem: loquuntur enim de dispensatione directa, non vero indirecta, que sit auctoritative per subductionem materie, ut ante dictum; cum jus naturale, utpote semper æquum, directe non sit dispensabile.

9. R. 2. Regulares in privilegiis communicantes dispensare possunt in omnibus votis Papæ non reservatis; modo sint occulta, & in foro penitentiali aperta, cum quibuscumque secularibus; ita communiter TT. & Canonistæ ex pluribus privilegiis Innoc. VIII. Eugenii IV. Martini V. Pauli III. Gregor. XIII. &c. ut referunt in bullis, & compendiis priv. regge. Ad id: modo sint occulta; quia praxis declarat dispensationes istas regulariter fieri debere in sacro tribunali, ita ut post abolutionem peccatorum subjungatur consueta formula dispensationis, v. g. Item auctoritate Christi, & Papæ mihi specialiter delegata dispenso tecum &c. vel aliis æquivalentibus verbis; cum certa verborum formula non sit præscripta ad valorem dispensationis.

10. Q. VI. An iusta causa requiratur ad validam dispensationem voti? R. Affirmative, est Papa dispensat: nam inferior sine iusta causa invalide dispensat in jure superioris ex vulgaris principii, sed vota sunt juris naturalis; quilibet autem Prelatus, etiam Papa, est inferior jure naturali; ergo. Tales casus sunt imperfecta deliberatio in vovente, notabilis difficultas in exequendo, periculum majoris mali spirituales, & corporalis, bonum commune, præsertim Ecclesiæ, regni, familie, & quævis alia iusta, & rationabilis causa, que tanto major esse debet, quanto votum est dignius, ut Religionis, castitatis. Ex his colligitur notabile discrimen inter dispensationem, & irritationem votorum: nam ad dispensationem requiritur jurisdictionis ordinaria, vel delegata, & iusta causa; contra ad irritationem sufficit potestas privata sine ulla causa. Item votum a majore Prelato confirmatum non potest irritari a minori; bene vero dispensari; quia per confirmationem subducitur potestati private dominice; non tamen jurisdictioni voluntarie, Suar. Laym. & alii.

11. Q. VII. Qua sint vota reservata Papæ? R. Quinquæ sequentia: votum Religionis amplectende: votum castitatis: & triplicis peregrinationis, Jerusalem ad S. Sepulchrum, Romam ad limina Apostolorum Petri, & Pauli; Compostellam ad S. Jacobum: ita Sixtus IV. in Extravag. 5. Esti de penit. in. com. paulo ante finem; ubi etiam contra confessarios sine speciali licentia Papæ in his votis dispensantes, præter nullitatem dispensationis, decernitur excommunicatio ipso facto incurrenda. Quia vero reservatio odiosa est, ex communi DD. tunc tantum vota ista censentur Papæ reservata, dum spontanea sunt, perfecta, in statu solius honoris divini facta, & solum quoad substantiam, non quoad accidentia; uti sunt peregrinari pedibus, vel equo ingredi striciorum, aut laxiorum Ordinem &c. unde non censentur vota reservata Papæ: 1. Si facta sunt ex metu, ex ira, vel alia passione impediende perfectam deliberationem. 2. Nec vota conditionalia, aut penalia in futurum; cum magis sint amore boni proprii, quam amore Dei; ut voto Religionem, si ex hoc morbo evalesco, si adhuc semel futurum commiserit. 3. Vota imperfecte castitatis, ut ad tres annos, votum non nubendi, non fornicandi, suscipiendi sacrum Ordinem; & alia, que passim DD. enumerant, præsertim Laym. de voto cap. 8.

12. Q. VIII. An Episcopus, vel Regularis in casu necessitatis

necessitatis dispensare possint in votis Papæ reservatis? R. 1. De Episcopo affirmative; dummodo votum sit occultum: ita com. DD. nam in casu urgentis necessitatis, quo facile ad Papam recurri non potest, ex benignitate, & suavi regimine præsumitur Sedes Apostolica concedere Episcopis licentiam dispensandi in Constitutionibus, & casibus Apostolicis, prout magis videtur expedire saluti animarum, ut colligitur ex Trident. sess. 24. cap. 6. de reform. Et quidem circa votum triplicis peregrinationis raro necessaria erit dispensatio; cum exequutio horum votorum differri possit; at circa votum castitatis, & Religionis potest quandoque iusta causa fundere dispensationem; ut si adit periculum incontinentiæ, scandali, vel alterius gravis mali, maxime si puella est desolata, & matrimonium differri nequit sine gravi sponsi, aut sponsæ, aut eorum familie dedecore &c. Hoc tamen votum debet esse occultum; quia in impedimento publico matrimonii solius Papæ est dispensare, ut Sanch. & alii com. docent. Plura de hoc in lib. 4.

13. R. 2. Regulares in casu urgentis necessitatis non possunt dispensare in voto perfecte castitatis, & Religionis: ita probabilis, & tutius docent Rodriq. Sanch. Suar. Laym. de Moya, & alii: nam privilegia Regularium comprehendunt sub se vota non reservata Papæ; ergo, cum sint exorbitantia a jure communi, non debent extendi ad vota reservata, est casus necessitatis evanescit: tunc quia talis dispensatio competit Episcopo jure quoddam speciali devotionis, eo quod sit proximus Ordinarius suorum subditorum; atque ita jurisdictionis dispensandi in reservatis primo illi, tanquam pastoris competit; que ratio non currit in Regularibus, ergo. Opposta sententia, quam docent Henricus, Pasqualius Croufers, Reiff. a num. 40. & alii, non cauet sua probabilitate: nam Regulares vi suorum privilegiorum dispensare non possunt in omnibus votis, in quibus dispensare potest Episcopus jure ordinario; ut tenent DD. utriusque sententia; sed in votis reservatis Episcopus pro casu urgentis necessitatis dispensat jure ordinario; tunc quia specialis delegatio nullo jure potest; tunc quia potestas ista dispensandi transit in capitulum, sede vacante, ergo. Præterea ideo Episcopus in his dispensat, quia in casu urgentis necessitatis cessat reservatio ob salutem animarum; atque ita casus Papalis fit Episcopalis; sed sublata reservatione, Regulares dispensare valent in omnibus votis, & ex communi brocardico, quando casus Papalis fit Episcopalis, fit etiam regularis, ergo. Hac secunda opinione uti quis forte posset in eo casu, quo periculum est in mora, & accessus ad Episcopum ob distantiam, vel aliam causam est difficilis; ut in certis locis esse solet, etiam difficilior, quam recursum ad S. Penitentiarium. Pone casum, quod sponsus ligatus voto castitatis hodie tibi constitatur, & cras copulationem habere intendat, si Episcopus distet, quo sponsus recurret? in hoc, & simili casu, si matrimonium citra scandalum, & ignominiam differri nequeat, judicant aliqui, Regularem dispensare posse ad effectum matrimonii: secus erit tutius recurrere ad Episcopum, ut pro instante necessitate dispenset.

12. Q. IX. An Episcopus sibi possit vota reservare privative, ut Regulares in eis dispensare non valeant? R. Negative, nisi adesse speciale privilegium Papæ: nam Episcopus non potest restringere privilegia Apostolica Regularibus, utpote his privilegia Apostolica Regularibus, quæ sunt privilegia inferioris, ergo. Nec obstat quod Episcopus peccata referre possit: nam hoc ei a jure conceditur; non vero vota reservare in præjudicium privilegii Apostolici.

15. Q. X. Qui vota commutare possunt? R. Regulariter idem, qui dispensare, si commutatio faciendafit in opus æquale, vel minus bonum; modo addit iusta causa, & commutatio non fiat in præjudicium tertii: nam dispensare, seu tollere obligationem, est plus, quam commutare, seu obligationem unam in aliam transferre; ergo qui dispensare potest, etiam commutare poterit ex reg. 53. in 6. At in opus evidenter melius, Deoque gratus quicquid votens privata auctoritate votum commutare potest, c. 4. hoc tit. quia positum, aut promissum non infringit, qui in melius illud mutat, c. 3. de jurej. unde omnia alia vota in vota religiosa commutari possunt; modo id fiat citra præjudicium tertii.

16. Q. XI. An confessarii regulares ad effectum dispensandi indigeant speciali licentia, seu commissione suorum Superiorum? Quidam volunt requiri licentiam Generalis, aut Provincialis; alii Superioris localis; alii vero afferunt nullam specialem licentiam requiri; nisi forsitan de honestate, ut Dian. Cælestin. Petreg. Sayr. Anr. a Spir. Sancto &c. Vide Salm. moral. tit. 9. de matrim. c. 14. punct. 1. n. 14. In hac varietate sententiarum respondeo cum distinctione. Si in aliqua Religione statutum est, ut subditi non utantur privilegiis, nisi ex commissione Generalis, vel alterius Superioris, tenentur subditi hoc statutum observare; cum Bullæ Pontificiæ, præsertim ad supplicationem, dentur conformiter Constitutionibus, & statutis Religionis, Ita observatur in Societ. Jesu, ut patet ex pluribus Constitut. Apostol. Pauli III. Licet §. 41. ibi: per eorum vicarias, aut personas ad id sibi bene visas. Greg. XIII. Ascendens Domino §. 2. denique ut omnium Societatis privilegiorum juxta generalis Propositionis dispositionem &c. Si vero simile statutum in aliqua Religione non extat, salvo meliori iudicio, existimo confessarios a Superioribus deputatis, & ab Ordinario approbatis, nulla opus esse speciali licentia ad dispensandum, & commutandum. Sic Ordini Schol. Piar. communicantur pariformiter, & æque principaliter privilegia præterita, & futura Mendicantium ex Constit. Gregor. XV. Ad uberes 1622. die 15. Octob. nulla tamen ibi sit restrictio ad specialem licentiam a Superioribus petendam; nec Constitutio id exigit, aut aliud statutum, de quo saltem licet, & nunc non constat, Plura de votis vide in Sanchez, lib. 4. moral. Laym. Salmantic. & alios passim.

TITULUS XXXV.

De statu Monachorum, & Canonicorum Regularium.

Agitur de hac materia in Sexto, Clementinis, & Extrav. comm. h. t. In Decreto d. 58. & 16. q. 1. & 32. q. 1. c. 3. In Trid. sess. 25. de regg. In Codice l. 26. 44. 54. 55. C. de Episc. & Cler. l. 13. cum sequ. Auth. C. de SS. Eccl. Nov. 123. c. 27. & 33. cum sequ. & Nov. 5. per tot.

1. Nota Statum in genere esse certum vivendi rationem, qua quis alteri devinctus perpetuo persistit. Et est triplex: Episcopalis, sub quo continetur Clericatus: monasticus, & conjugalis; cum inter Clericos solus Episcopus per se alligetur suæ Ecclesiæ, monachus Religioni, & conjux conjugii. Hæc pertinet solus status monasticus, de quo potiora dicta sunt in tit. de Regular. hic residua præsertim de clausura afferentur. Ceterum licet in rubrica monachi distinguantur a Canonicis Regg. tamen communiter in jure, ubi materia accommodata est, nomine monachorum veniunt omnes Religiosi, Canonici, Clerici, mendicantes, & monachi proprie dicti, c. 2. de postulando.

2. Q. I. Quid statuatur in hoc titulo circa Religiosos? R. 1. Ut Episcopo sint subditi, nisi eximantur; prima tamen correctio sit penes Prælatum c. 1. h. t. c. 7. de off. ord. 2. Ut nec recipiantur ad monasterium, nec promoveantur ad officia pro pretio, nec peculium habeant, nec singuli per villas, & Parochias ponantur, cap. 2. h. t. 3. Cistercienses jubentur facere primævam Regulam c. 3. eod. 4. Canonici Regulares non resignantes proprium, non debent sepeliri in loco sacro; secus exhumandi, si id sine scandalo fieri possit, c. 4. eod. 5. Canonicis in Parochia existentibus dandus est socius, cap. 5. eod. 6. Necessaria ad disciplinam regularem commendantur, cap. 6. h. t. 7. Jubentur celebrari Concilia provincialia singulis trienniis, c. 7. eod. 8. Præscribitur forma correctionis, & visitationis, c. fin. eod. 9. Severe præcipitur clausura monialium; ita ut neque Abbatissa ad homagium domino directo præstandum exire de claustris possit; sed id facere debeat per procuratorem, cap. unic. hoc tit. in 6. 10. In Clem. 1. hoc tit. multa statuuntur pro monachis nigris circa modestiam in vestitu, & victu; circa confessionem, & communionem mensuram: prohibentur venationes, & aucupia; accessus ad curias Principum animo nocendi Prælatis; & detentio armorum intra septa monasterii sub pena excommunicationis lata; dispositum circa solitudinem, prioratus, & promotionem monachorum.

chorum ad ordines. In *Clem. 2. eod.* jubentur moniales visitari ab Episcopo; exemptas quidem Apostolica; non exemptas vero ordinaria auctoritate.

3. Q. II. *Quid juris circa clausuram monialium?* R. 1. Omnes moniales professae ita stricte obligantur ad clausuram, ut sub poena excommunicationis lata e monasterio egredi non possint. *Can. unic. h. t. in 6. Trid. S. 25. c. 3. de Regg. Conf. Pii V. incip. Circa pastoralis.* & *Greg. XIII. incip. Deo sacris virginibus;* nisi adit iusta causa, & consensus Episcopi, vel saltem Praelati in monasteriis plene exemptis; uti sunt *morbus contagiosus, & incendium,* & aliae his similes, ut inundatio, incurso hostilis, electio Abbatissae ad alium monasterium. 2. Nemo adultus usu rationis pollens, sive vir, sive femina, sub poena excommunicationis lata ingredi potest monasteria monialium sine Episcopi, vel superioris licentia in scriptis obtenta. *Trid. S. 25. c. 5. de Regg. quae excommunicatio a Trid. non reservatur, sed ex stylo Curiae pro absolutioe recurri solet ad S. Penitentiarium, Monacell. Pignat. Matthaeus.* Dari autem solet haec licentia, vel a jure, vel ab homine haec potestatis praestito ex causa necessitatis, aut utilitatis, v. g. si monasterium sit reparandum, visitandum, si monialis aegrotat indiget medico, Sacerdote &c. 3. Spectato jure com. neque licitum est accedere moniales colloquii causa, *c. un. h. t. in 6. ibi: ingressus, vel accessus pateat ad easdem & c. 8. de vit. & honest. Cler. Specialiter autem fac. Congregatio prohibet Religiosis, ejusdemque Ordinis, gradus, & dignitatis, ne sine licentia expressa ejusdem fac. Congreg. accedant monasteria quarumcumque monialium ad colloquendum, sive tractandum cum eis, Decret. edit. an. 1590. nonis Maji.* In regionibus nostris rigor iste contraria consuetudine multum temperatus est.

4. Q. III. *Quid juris circa clausuram virorum Regularium?* R. I. Feminae ingredientes, vel Religiose eas admittentes ad septa monasterii praetextu privilegiorum, & facultatum ingrediendi monasteria virorum, ipso facto incurrunt excommunicationem latae sententiae, nisi sint personae nobiles, comitissa, aut marchionissa: ita *Conf. Gregor. XIII. incip. Ubi gratia, & Pii V. Regularium.*

5. An vero excommunicatio incurritur eo casu, quo feminae ingrediuntur, vel a Religiosis admittuntur, sine praetextu privilegii, dubium est. Affirmant Donatus, & Navar. Suarez, Reiff. cum cit. n. 73. quorum sententia nititur authentica declaratione S. Pii V. *Decret. Romanum,* ubi declarat mentis, & intentionis suae fuisse, ut in cit. Bulla: *Regularium personarum* comprehendere mulieres, non solum praetextentes privilegia, sed etiam aliae quaecumque in genere, & in specie. Habetur declaratio ista in bullato Chereb. Constitutioni cit. n. 20. annexa. Negant, saltem pro nostris regionibus, Laym. Engl. Pirh. Schmalz. & alii: tum quia declaratio ista facta est *inimicus, & in favorem Congreg. Montis Virginis,* adeoque videtur specialis pro illa Congregat. tum quia *Greg. XIII. cit. Constit. Ubi gratia n. 28. in bullar. loquitur de solis praetextibus privilegia §. 3. iniquis: Abbatissae vero, nec non Abbatibus, conventibus, ac aliis monasteriorum virisive sexus superioribus, & personis quocumque nomine vocentur, districte praecipimus sub eadem excommunicationis poena, nec non privationis dignitatum, beneficiorum, & officiorum suorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, ut in monasteria, domos, & loca sua, quemquam praetextu hujusmodi licentiarum, & facultatum ingredi faciant, ubi permittant:* tum denique quia dicta declaratio, vel ubique non est usu recepta, vel contraria locorum consuetudine ei derogatum est. Quid in hoc puncto sentiam, breviter.

6. R. 2. Praelati, & Religiosi, etiam sine praetextu privilegii, admittentes in claustrum feminam, peccant: agunt enim contra prohibitionem gravem juris communis, *Can. 20. pervenit 18. q. 2. ubi dicuntur severissime ultioni subdendi, nisi forsitan parvitas materiae a gravitate peccati excusetur.*

7. II. Stante declaratione Piana, ubi viget, mulieres ingredientes monasteria virorum, etiam sine praetextu privilegiorum, incurrunt excommunicationem latae sententiae reservatam Papae, ut statuitur in cit. *Constitut. Piana §. 3. districte prohibemus mulieribus &c. At Prae-*

lati, & Religiosi feminas hoc modo admittentes non incurrunt excommunicationem, bene vero alias poenas in Piana Constit. expressas, scilicet privationis officiorum, & inhabilitatis ad illa, & suspensionis a divinis ipso facto, & sine alia declaratione §. 4. *ibid.* ubi nulla mentio fit excommunicationis. Neque ex *Conf. Gregoriana Praelati, & Religiosi* hanc excommunicationem incurrunt; quia *Conf. ista,* ut legitur patet, loquitur solum de admittentibus feminas praetextu facultatum. Hinc nescio, ex quo fonte, vel jure P. Reiff. hic *num. 74.* hanc excommunicationem contra admittentes hauserit: dicit quidem *Gregor. XIII. similem declarationem edidisse,* teste *Navar. in commentar. IV. de Regular. num. 62.* sed in Navarro nihil simile inveni: nec declaratio ista ab alio auctore affertur. Melius Constitutiones istas ponderavit *Sanchez lib. 6. moral. cap. 16. a num. 79.* ubi non excommunicationem, sed alias poenas mox enumeratas ex Piana Constit. asserit Praelatos, & Religiosos incurtere. Quod & ego antea asserui, inspectis, & iterum relectis, dictis *Conf.*

8. R. 3. Si ubi declaratio Piana non est usu recepta, vel per consuetudinem contrariam abrogata est, nec feminae sine praetextu facultatum ingredientes, nec Religiosae eas admittentes, vel tolerantes, incurrunt poenas *Conf. Piana:* ita probabiliter DD. pro sententia negativa allegati: nam consuetudo derogat potest juri humano per *c. fin. de consuetud. praeritum* cum talis consuetudo in certis circumstantiis possit esse rationabilis, saltem negative, quatenus non est irrationabilis, & nutritiva peccati; modo ingressus iste raro fiat, & sine dispendio disciplinae regularis: vel si coheretur per aliquam causam, ob quam momentaneus transitus per ambitum domus Religiose feminae permittatur, vel potius ex necessitate toleretur certis diebus. Incumbit tamen conscientiae superiorum consuetudines istas non laxare, sed restringere, aut totaliter extirpare, ne scandala in claustris, & foris oriantur.

9. Q. IV. *Quae persona, & casus excipiuntur a dictis Constitutionibus?* R. 1. Interpretes, Reges, & qui his aequiparantur, Principes Imperii, superiores in suo territorio non recognoscetes, eorumque uxores, ac liberi non censentur comprehendi in istis Constitutionibus; adeoque cum suo honesto comitatu ingredi possunt monasteria non tantum virorum, sed & monialium: ita com. DD. nam personae istae sunt speciali nota dignae; neque veniunt sub generali nomine comitissarum, aut marchionissarum; ergo cum non exprimentur, censentur non comprehendi in dictis Constitutionibus.

10. II. Fundatrices non de jure, sed ex consuetudine, sicuti introducta est, admitti possunt in monasteria virorum. Idem dic. de principibus feminae, si alias admitti consueverunt, licet mariti eorum in suo territorio superiore recognoscant: nam consuetudo ista non est tanpotere reprehensibilis: tum quia ingressus iste supponitur esse rarus; tum quia dignitas tantarum personarum hic in regionibus nostris purgat omnem suspitionem mali. Si autem in veterata consuetudo non est, nullo modo superiores consentire debent ad ingressum talium feminarum: secus ubi recepta est declaratio Piana, subjacent poenis antea dictis. 3. Omnes feminae ingredi permittuntur in claustra virorum, quando ibi sit processio, sepultura, missa, concio, & alia divina officia: ita in cit. *Conf. S. Pii V. §. 3. ibi: quando in eis missae, & alia divina officia celebrantur, ac dum processiones &c. accedere libere, & licite possint, & valeant.* Bened. XIV. *Constit. Regularis disciplinae 3. Jan. 1742. I. Abolet hanc concessionem. II. Abolet, & revocet quascumque facultates, licentias, & quocumque alio pacto nuncupatas concessionem factas, sive per S. R. E. Cardinales, sive per eorundem Congregationes, sive per Legatos a latere, vel apostolicos Nuncios, & Internuncios. III. Declarat subditos censuris absque alia declaratione ipso facto incurrendis, Papae reservari, iis facultatibus temere uti audemus. IV. Declarat hanc sua Constit. non derogatum esse iis concessionibus, quae ad favorem quarumcumque nobilium feminarum, ex quo, sive earundem majores, ac pro tempore existentes de familia fuerint, & habeantur fundatores, vel insignes benefactores illius monasterii, iuxta cujus clau-*

stra,

stra, vel septa feminas etiam de familia ingredi, vel concessum, vel cautum esse sibi voluerunt, & de concessione hujusmodi confirmationem ab Apostolica hac S. Sede obtinuerunt, sive factum hujusmodi sint consanguineae, & affines eorum, qui sunt domini in temporalibus locorum, in quibus monasteria sita reperuntur, & quaecumque legitima tituli, vel consuetudinis causa, & occasione, ingressu hujusmodi de praesenti gaudent, factae, & impertite fuerunt: dummodo concessiones hujusmodi per Apostolicas in simili forma Brevis, vel sub plumbo desuper expeditas litteras duntaxat, & non aliter omnino factas, & impertitas fuisse prius Ordinariis locorum, antistibus, vel praesulibus, per legitima, & authentica documenta constare fecerint: & dummodo nec vagandi, nec otandi, nec comedendi, cenandique, nec per ambulacra, cubacula, cenacula, aliaque loca, & officinas discurrendi causa, sed ad Ecclesiam accedendi, sacrosanctum missae sacrificium audiendi, aliaque erga Deum pietatis officia, & opera exercendi studio ingredientium; & dummodo de eorum adventu, & ingressu, interdicti, & opportune faciendo, superiores pro tempore existentes prius certiores fiant, ad hoc, ut absque Fratrum incommodo, & offensione recte tramite ad Ecclesiam pergatur, & alia de jure servanda, ferventur.

11. *Circa clausuram monialium vide Elencho VI. n. LXXXVII. & seq. p. 1. pag. 477. & 478. &c.*

TITULUS XXXVI.

De Religiosis domibus, ut Episcopo sint subjectae.

Agitur de hac materia in Sexto, Clementinis, & Extravag. comm. hoc tit. in Decreto *Can. 40. & seq. 16. q. 7. & 18. q. 2. In Trid. Sess. 7. c. 15. Sess. 14. c. 5. in fin. Sess. 22. c. 8. 9. Sess. 23. c. 18. Sess. 25. c. 8. de ref.*

1. Nota, locum Religiosum in jure civili accipi pro sepulchro §. 9. *Instit. de R. D.* at hic in jure Can. locus ille solum dicitur Religiosa, qui auctoritate Episcopi specialiter deputatus est ad cultum divinum, & opera pietatis, ut sunt Ecclesiae, seu templa, quae a consecratione dicuntur *domus sacra:* item monasteria, xenodochia pro peregrinis, nosocomia pro infirmis, & alia quaecumque loca auctoritate Ordinarii erecta, & deputata ad opera misericordiae, & pietatis. Excluduntur autem a praesenti titulo loca privata auctoritate erecta, ut oratoria privata &c.

2. Q. I. *Quid juris competat Episcopo in domibus Religiosis suae diocesis?* R. 1. Subjectio; ita ut de jure com. omnia loca Religiosa subjecta sint jurisdictioni Episcopi, quoad forum contentiosum, & consueti jura episcopalia: ita rubrica *de cap. 3. q. 7. h. t. & Can. 10. omnes basilicae 16. q. 7. Can. 17. monasteria 18. q. 2.* quae jura fundant intentionem Episcopi, ut assertens aliquem locum esse exemptum, probare teneatur. Praeterea autem domus Regularium specialia privilegia Apostolica exemptae sunt ab hac subjectione. In dubio illi censetur Ecclesia subjecta, qui primus Episcoporum aliquem actum jurisdictionis in ea exercuit, v. g. baptizando, confirmando *c. 1. h. t.* Et quovis Trid. prohibet Ecclesiam unius diocesis uniri alicuius Ecclesiae alterius diocesis, ut patet ex *S. 14. c. 9. de reform. si tamen unia est, non per hoc definit esse subjecta Episcopo, in cujus diocesi sita est, c. 2. h. t. & cit. Can. Monasteria:* idem dic. si uniat monasterio exempto; quia Praelatus exemptus per accidens ratione rei unitae subijci potest Ordinario.

3. II. Jus visitandi, & exigendi rationes ab ministratoribus, qui Episcopo singulis annis eas reddere debent, non obstantibus quibuscumque privilegiis, & consuetudine etiam inmemorabili, *Trid. Sess. 22. c. 8. & 9. de reform.* Excipiuntur ibi a visitatione Episcopi loca pia, & Religiosa, quae sub Regum immediata protectione sunt, sine quorum licentia Episcopus talia loca visitare non potest: uti & hospitalia Ordinum militarium, & aliorum Religiosorum: nam *Clem. 2. §. 1. anem h. t. & Trid. l. c.* loquitur solum de hospitalibus, collegiis, & confraternitatibus laicorum, non Regularium, *Fagn. c. 4. ad h. t. ubi plura de his legere poteris; sed & attende, quod decretum istud Tridentini non ubique cum tanto rigore, & amplitudine receptum sit. P. Remigii a S. Erasmo, Pars II.*

Stephanus Poeyms in Constitutiones 24. ex antiquo jure desumptas, & per Trid. innovatas *Constit. 16. n. 13. interpretatur, Trid. ideo excepisse a visitatione Episcopi hospitalia sub immediata protectione Regum, quia satis videtur confisum fuisse eorum curae, & sollicitudini.*

Verum praestat hic referre allegationes, prout legantur in folio *Cong. Conc. 18. Maji 1726. in causa Senogallien. exarato a Bened. XIV. tunc ejusdem Cong. Secret. apud Thezaur. resol. tom. 3. f. 322. §. Quoad hospitalia ibi.* Quoad hospitalia, & Confraternitates, quae sunt sub immediata protectione Regum, ea quidem sunt exempta a visitatione Episcopi juxta cap. 8. *sess. 22. de ref. sed haec immediata Regum protectio, quae eximit a visitatione juxta citatum cap. 8. non eximit a redditione rationis; quo circa in sequenti cap. in quo agitur de redditione rationis, nulla fit mentio dictae regiae protectionis, uti ponderat Fagnan. in cap. De xenodochiis n. 17. & seq. de Religiosis domibus; & firmavit Rota decif. 193. num. 7. & 8. cor. Cetero (Circa hanc rationis redditionem respectu hujusmodi hospitalium monet Gaudentius tom. 1. de visitatione cap. 3. dubit. 9. *sess. 2. n. 18. attendendam esse consuetudinem, ne licet excipientur inuites non sine dispendiis, & scandalo.*) Item regia protectio debet implorari in limine erectionis, ut suffragetur; uti late ostendunt Cavalant. de brachio regio part. 9. n. 3. Menoch. *conf. 721. Ricciulli. Lucubr. Eccles. lib. 4. c. 15. n. 10. Seraphin. dec. 1025. & respondit haec Sacra Congregatio die 10. Decemb. 1621. Episcopo Leictien. facta Limina visitanti tom. 15. Decret. fol. 413. Et quanvis nonnulli existimaverint, conciliarem exemptionem, quae loquitur de Regibus, extendi etiam ad sublimes Principes, qui regalia in suis ditionibus possident, etiam si Regis titulum non gerant, uti habetur apud Barbof. ad cap. 8. num. 28. *sess. 22. de reform. alii nihilominus existimant, Concilium esse taxative intelligendum de Regibus, ex quo quando voluit comprehendere Reges, & alios sublimes, ac supremos Principes, jura impetit in suis dominiis habentes, id scilicet exprimit; uti habetur cap. 9. *sess. 25. de ref. & adhaesit videtur haec sacra Congreg. quae respondit, Episcopum Eugubinum posse visitare hospitalia majus dictae civitatis, licet illud a Sede Apostolica privilegium obtinisset, quod gubernari, & regi deberet a septem civibus eligendis, & a Duce Urbini confirmandis; quemadmodum plene habetur apud Fagn. in cap. Ad h. c. n. 15. & seq. de Religiosis domibus.****

Denique quoad redditionem rationis Episcopo faciendam ab ministratoribus hospitalium, excipitur in cap. 9. *sess. 22. de reform. casus, in quo alter cautum fuisse in institutione, & fundatione; nisi tamen ministratores essent negligentes in adimplenda mente fundatorum: in quibus circumstantiis Episcopus, quamvis in fundatione exclusus ab exigenda rationum redditione, excludi non potest, uti probat text. in cap. Tua nobis, ibique Fagnan. num. 12. & seq. de testam. & in cap. Ad h. c. num. 58. & 59. de Religiosis domibus.*

4. Q. II. *Quid juris habeat Episcopus in locis piis auctoritate ordinaria non erectis?* R. Non habet jurisdictionem in talibus locis, sed id solum ei permittitur, ut post mortem fundatoris videre, & inquirere possit, an mens, & voluntas fundatoris impleatur. *Tridentin. cit. Sess. 22. cap. 8. de reform. & cap. 17. de testam. ibi: quod in omnibus &c.* Ipse autem fundator, quando vivit, immutare, & in usum profanum convertere potest talia pia loca; non vero haeredes, qui ad implendam voluntatem defuncti cogi possunt.

5. Q. III. *An Episcopus loca Religiosa mutare possit in alium usum?* R. Negative, *Clem. 2. pr. h. t. Trid. Sess. 25. cap. 8. de reform.* ubi unicus excipitur casus, si scilicet loca ista non possent deservire tali usui, ad quem deputata sunt.

R. 2. Episcopus monasteria Regularium non potest convertere in collegia clericorum secularium, nisi gradatim procedendo. Et quidem tentanda est reformatio per Religiosos ejusdem Ordinis, tum per Religiosos strictiores ejusdem Ordinis: tum per Religiosos diverfi Ordinis: tandem his omnibus deficientibus, Clerici seculares ab Episcopo introduci possunt, *c. 6. hoc tit.*

G

7. Q. IV.

7. IV. Que solemnitates requirantur ad erectionem novi monasterii: R. 1. Ex Trid. S. 25. c. 3. de regg. requiritur consensus Diocesani. 2. Consensus Principis territorialis de praxi, & consuetudine. 3. Vocandi, & audiendi sunt ab Episcopo ii, quorum interest; ut Parochus loci, & Religiosi vicini, & locorum incolae. 4. Ut in novo monasterio erigendo saltem duodecim persone sustentari valeant. 5. Ut interposita legitima appellatione ad S. Sedem, seu S. Congr. negotiis Regularium prepositam, interim nihil innovetur. Hec omnia habentur in Constit. Clem. VIII. Quoniam ad institutam 1603. die 25. Julii; Greg. XV. Const. 31. Cum alias; Urbani VIII. Constit. 45. Romanus Pontifex. Præterea Ordines mendicantes privilegia habent, ne alii Ordines in paupertate fundati in vicinia ad 140. cannas fundentur; olim ad 300. cannas (est autem canna mensura nostram orgyam aliquantum excedens) ne scil. alior alteri gravamen inferat.

8. R. 2. Gravamen a vicinis Religiosis oblicendum, debet esse notabile, & hoc fere unicum, quod præxistentes Religiosi saltem duodecim sustentari non possent; hæc enim causa exprimitur in citatis Constitutionibus, unde illa causa, quod concursus fidelium ad Ecclesias priores monasterii minueretur, nihil officit in hoc puncto, uti nec illa inter Regulares docentur juvenunt vacantes, quod frequentia scholasticorum decreverit, quia præstat etiam paucos docere, & bene; quam multos, & sine effectu. Multo minus opponi potest, si quod fideles apud novos Religiosos eligere possent sepulturas, anniversaria, sacra, & hujusmodi: nam hæc, & similia sunt mere facultatis, & nulli præjudicantia.

9. R. 3. Gravamina a contradictoriis opposita tenentur Episcopus exhibere Religiosis erectionem monasterii petentibus, ut defendere se possint. Constit. 41. Pii V. incip. Est Mendicantium: imo si videt Episcopus, vel gravamina esse fatia, & insufficientia, illa rejicere potest; vel evidens esse novos Religiosos nulli gravamini fore præxistentibus, tunc iis etiam non requisitis, licentiam erigendi concedere valet cit. Const. Greg. XV. §. 3. volens, ubi alternative duo præcipiuntur, ne Episcopus de licentiam, nisi vicini vocati, & audit fuerint, vel alias Ordinarii locorum consulerit.

10. R. 4. Extra Italiam, & insulas adjacentes ad erectionem novi monasterii non requiritur consensus Patris, sed sufficit licentia solius Episcopi cum aliis requisitis: nam licet consensus iste jure antiquo necessarius fuerit, c. un. de excess. Prælat. in 6. & c. un. h. t. in 6. tamen jure recentiori Trid. & cit. decretorum, non requiritur nisi licentia Episcopi. Nec obstat Innoc. X. Const. 27. incip. Restauranda: nam ut patet ex sumptu ei prefixo, & ex §. 2. & 5. tota ista dispositio procedit de monasteriis extinguendis, & erigendis in Italia, & insulis adjacentibus. Vide Donat. Fagn. in c. non amplius de instit. a. n. 66. Reiff, hic a n. 38. faveatque praxis Germaniar.

Vide Elencho VI. n. LXXXV. Tit. III.

11. Q. V. An Religio Schol. Privilegium habeat erigendi suas domos sine aliorum Regularium consensu? R. Affirm. ex Const. Clem. XII. Nobis 1731. Kalend. Maji §. 3. ad 4. & §. 6. Demum iisdem Clericis pauperibus Majoris Dei, qui a Scholis Pii denominantur, illorumque Præpositio generali, & Superioribus, quocumque nomine nuncupatis, concedimus, ut ubique locorum, in sua tamen singulari districtu, domos, & conventus regulares juxta Concilii Trid. decreta, & conventus regulares juxta Concilii Trid. decreta, & conventus regulares juxta Concilii Trid. decreta, & conventus regulares juxta Concilii Trid. decreta, in quibuslibet liberalibus disciplinis Latinis, & Grecis, & scientiis, etiam majoribus a se instituentis collegia, seminaria, & convivia ex sola licentia Ordinarii, nulloque aliarum personarum consensu Ordinarii, etiam Mendicantium, & consensuque Congregationis Clericorum Regularium, etiam Soc. Jesu, requisito consensu condere, fundare, & erigere libere, & licite possint, & valeant, etiam non servata distantia, que ab accessoribus nobis Romanis Pontificibus advenit, & quadraginta cannas, sive aliud plus, minus accuratum spatium, ad uno ad aliud Religiosorum hominum cubitum, seu conventum servanda præscribitur &c. Ex quo textu patet: 1. Quod seculia questuazione, Religio Scholarum Piarum ubique non

solum domos suas Regulares, sed etiam collegia, & seminaria pro scholasticis adolescentibus erigere libere possint. 2. Quod sufficit sola licentia Ordinarii conformiter Tridentino; & neque non requiritur consensus Patris. 3. Quod nulla sit obligatio requirendi consensum Regularium aliorum, neque servandi distantiam ad 140. cannas. 4. Quod iisdem Clericis in domibus, & collegiis, seu in publicis suis scholis tradere possint præter scholas minores, etiam scientias majores, idque antea licuisse, & licere, ut clarius circa hoc punctum docendi habetur §. 3. ad 1. & §. 5. ne vero citata Const. Simile privilegium erigendi domos Regulares habeat Carmelites Discalceati a Clem. IX. concessum 1668. die 6. Octobris, cujus mentio fit in cit. Constit. §. 3. ad 4. Item Clerici S. J. Const. Greg. XIII. incip. Salvatoris 1576. die 30. Octobris. Sed hoc privilegium Societ. Jesu nisi recentius renovatum fuisset, revocatum est per Urbanum VIII. cit. Const. Romanus Pontifex §. 1. cum itaque ubi antea cedentia similia privilegia, etiam specificè, & singularitè exprimentia revocantur, cassantur, abrogantur, & annullantur.

De erectione novi Ordinis Religiosi dixi tit. de Regg. vide c. fin. h. t. c. un. eod. in 6. & de mulieribus Beguinis, & Religiosis Fratriculis Clem. 1. eod. & Extrav. un. Joan. XX. eod.

TITULUS XXXVII.

De Capellis Monachorum, & aliorum Religiosorum.

Agitur de his in Sexto hoc tit. in Decreto 16. qn. 1. & 2.

1. Nota, Capellam dici vel a capiendo populo, vel a caprinis pellibus, quibus olim turguria, in quibus sacrificabatur, tegebantur, Lex. Kahl. Quoad rem in sensu juris Can. capella significat vel altare, aut oratorium in Ecclesia extructum, vel adiculam a templo separatam; vel conjoctum huic rubricæ Ecclesiam parochialem, modo non sit collegiata.

2. Q. I. Cui competat jurisdictio, & administratio in capellis, seu Ecclesiis monachorum? R. 1. Si capella unita est monasterio jure semipieno, seu quoad temporalia tantum, ita ut decime, & alii fructus obveniant monasterio, tunc jus instituti pertinet ad Episcopum, & sola presentatio ad monasterium; nisi hæc alteri competet: atque eo casu institui debet Clericus secularis, tanquam vicarius perpetuus, assignata ei congrua portio, c. 31. de præb. & Trid. sess. 24. c. 13. de refer.

3. II. Si capella, seu Parochia unita sit monasterio pleno jure, hoc est, quoad temporalia, & spiritualia, in ea cura animarum translata fit in monasterium, tunc Prælati, seu rector principalis, insinuat ibi vicarium secularem perpetuum, vel temporalem pro arbitrio Episcopi, Trid. sess. 7. c. 7. de ref. nisi Ecclesia illa consueverit per vicarios Regulares administrari, Constit. S. Pii V. Ad exequendum 1557. calend. Nov.

4. III. Si capella unita est monasterio jure plenissimo, hoc est, quoad Clerum, & populum, tota jurisdictione quasi Episcopalis est penes Prælatum, & nullo modo penes Episcopum: & tunc Parochus secularis, aut Regularis subest tantum Prælati. Cetera de his dixi in tit. de Præb. & tit. de Instit. Circa portionem (ne major sit 100. scutis, vel minor 50. scutis) assignandam vicario, disponit Pius V. Const. cit. sed plerumque locorum consuetudo attenditur; uti etiam circa socium unum, vel alterum, vel plures addendos Religioso extra claustrum in Parochia viventi; atque ita non stringunt antiqua jura c. 3. & fin. h. t. c. 2. §. de stat. monach. licet expedit illa observare.

5. Q. II. An Parochus, vel alius Clericus Episcopo diocesano inferior habeat intentionem suam jure communi fundatam super subiectione capellarum in suo territorio futurum? R. Negative ex c. 2. h. t. ubi Parochus S. Cecilie cogitur probare, & tantum obtinet, quantum probat, scilicet baptismum, & scrutinium, seu examen catechizandum, & c. fin. de off. Archid. compellitur Archidiaconus ad probandum subiectionem. Si vero intentio coram fundata fuisset in jure communi relevati fuissent ab onere probandi, sicut relevatur Episcopus; ergo. Ex quo solvitur c. 6. 7. de Religios. dom.

dom. c. 11. de M. & O. & c. 2. h. t. ibi: debet de jure com. nam licet non est decilio Pontificis, sed mala allegatio patris.

Hucusque actum est de iuribus, & obligationibus Clericorum, & Regularium; nunc agetur de iuribus, & obligationibus, que Ecclesie aliis, vel alii Ecclesie debent; uti est jus part. pensiones, consecratio Ecclesie, administratio sacramentorum, observatio festorum, & sejuniorum, reparatio, & immunitas Ecclesiarum.

TITULUS XXXVIII.

De Jurepatronatus.

Agitur de hoc in Sexto, & Clementinis h. t. in Decreto 16. q. 5. & q. 7. Can. 26. cum seq. in Trid. S. 24. c. 13. 13. & S. 22. c. 11. & S. 24. c. 3. in fin. & c. 18. & S. 25. c. 9. de refer.

1. Nota 1. Jurepatronatus in jure civili accipi pro eo jure, quod habet dominus in servum manumissum tit. ff. de jurepatr. etque receptum jure Canonico Can. 61. liberti 12. q. 2. At in presenti jurepatronatus est potestas presentandi Clericum instituendum ad beneficium vacans. Et hoc jus est spirituale; non quidem formaliter, sed connexive, quia antecedenter annexum est officio spirituali, ad quod Clericus presentatur; sicut paramenta antecedenter dicuntur sacra connexive, quatenus ordinantur ad divina mysteria Can. 42. 44. d. 1. de consecr. Licet autem per prima quinquæ secula nihil legatur de isto jure; tamen deinde, ut Ecclesia alliceret beneficos ad fundanda templa, & beneficia, generaliter eis concessit hoc jurepatronatus, & ad illud, licet spirituale sit, laicos habilitavit Can. 29. & seq. 16. q. 7. c. 5. hujus tit.

2. Nota 2. Jurepatronatus dividi. I. In laicale, quod alicui competit ex titulo patrimonii profani, sive illud habeat persona laica, sive Ecclesiastica. Ecclesiasticum, quod alicui competit ex titulo spirituali, v. g. ratione dignitatis, aut beneficii. Mixtum, quod aliquibus partim ratione Ecclesie, partim ratione patrimonii profani competit: ut si Ecclesia fundum dedit, & Clericus, vel laicus ex suo patrimonium aliquam Ecclesiam extruxit, & dotavit: tunc enim jurepatronatus ratione Ecclesie fundantis erit Ecclesiasticum, & ratione Clerici, vel laici ex suo patrimonio edificantis, aut dotantis erit laicale; adeoque mixtum. Hic advertere jurepatronatus de se a principio laicum, mutati posse in Ecclesiasticum, si legitimo titulo, ut donatione, legato &c. transferatur in Ecclesiam, monasterium, Episcopatum, aut aliam dignitatem, vel beneficium. 2. Dividitur in personale, quod persone; & reale, quod rei inhæret, ut castro &c. 3. In hereditarium, quod transit in hæredes quocumque, etiam extraneos: & gentilium, seu familiarium, quod transit ad posteros ejusdem familie, qua extincta, extinguitur. In dubio præsumitur potius hereditarium, utpote frequentius, quam familiare. 4. In altivum, vel ejus patronus presentat: & passivum, seu patrimoniale, vi ejus ex certa familia, civitate, aut natione presentandi sunt. His præfactis, agitur hic de modis acquirendi jurepatronatus, de personis eo gaudentibus, de iuribus, & obligationibus patroni, de probatione, & amissione jurepatronatus.

3. Q. I. Quibus modis primo acquiratur jurepatronatus? R. 1. Tribus modis, seu titulis: fundatione, dum quis dat fundum pro edificanda Ecclesia: edificatione, seu constructione, dum quis suis sumptibus edificat Ecclesiam: & dotatione, dum quis, vel ex integro dotat Ecclesiam, vel ex majori parte, puta assignando redditus annuos pro aleandis ministris, & necessitatibus Ecclesie: ita Glossa in Can. 26. pie 16. q. 7. isto versiculo: Patronum faciunt dos, edificatio, fundus: modo addit auctoritas Episcopi, vel capituli, sede vacante, c. 25. h. t. cum privatorum pactis Ecclesia subijci nequeat servituti patroni. Non est autem necesse, ut patronus specialiter sibi reservet jus patronatus, quia ipso jure, & facto omnibus patronis reservatur.

4. R. 2. Ad acquirendum jurepatronatus sufficit unum ex tribus præstare, vel fundare, vel extruere, vel dotare, c. 25. h. t. Trid. S. 25. c. 9. de refer. Nec obstat textus in S. 14. c. 12. de ref. ibi: fundaverit, & con. P. Remigii a S. Erasmo. Pars II.

struxerit: nam copulativa hic accipitur pro disjunctiva, ut sæpe fit in jure per lib. 53. ff. de P. S. Qui Ecclesie dotatæ sufficienter, & consecratæ donat sua bona, etiam majora dote, per hoc non efficitur patronus, quia Ecclesiam de non esse non perducit ad esse: secus si Ecclesia vel non, vel modice tantum esset dotata, & donatio fieret dotis nomine.

5. R. 3. Si unus omnia tria præstat, ille solus erit patronus: secus si plures, inter quos unum vorum est fundanti; alterum edificanti, & tertium dotanti: & si unus fundet, & ædificet, duo habet vota: si vero plures dotent, vel plures ædificent, unum tantum habent votum, utpote ex uno titulo.

6. R. 4. Si Clericus ex bonis Ecclesiasticis concurrat ad esse Ecclesie, jurepatronatus acquiritur beneficio talis Clerici, eritque Ecclesiasticum: si vero ex patrimonialibus bonis, jurepatronatus sibi, siveque hereditibus acquirit, utpote laicum ex titulo seculari.

7. R. 5. Qui in alieno fundo ædificavit Ecclesiam, merito jure sit patronus, non vero dominus fundi; nisi is ædificationem ratam habeat, & ita fundum præbeat: at si dominus fundi ratam non habet ædificationem, ædificatum destruere potest stricto jure §. 30. Instit. de R. D. juncto cap. 1. de N. O. N. nisi velit in venditionem fundi consentire. At si Ecclesia jam consecrata, aut saltem benedicta est, non permittitur domino fundi eam destruere, sed ad æstimationem, & interesse agere argum. Can. 2. comperimus 14. quest. 6.

8. Q. II. Quibus modis per translationem acquiratur jurepatronatus? R. 1. donatione inter vivos, vel mortis causa, vel per legatum c. 8. h. t. & c. un. pr. eod. in 6. Et quidem si jurepatronatus est personale, sine licentia Episcopi non potest donari, aut cedi alicui privato laico, aut clerico; bene vero comparato, Ecclesie; dignitati, aut monasterio c. 8. 14. h. t. & c. un. eod. in 6. a sens. contr. quia per patronos Ecclesiasticos plerumque melior fit conditio Ecclesie; deterior vero per laicos, & privatos clericos: at si reale est, cum te ipsa cuicumque donari potest absque ullo consensu Episcopi; quia tunc velut accessorium sequitur conditionem rei tanquam principalis. Si Ecclesie sue donet patronus jurepatronatus, & in ea Ecclesia sit unicum beneficium, evadit libertæ collationis; cum respectu sui ipsius servitutum patronatus pati nequeat, argum. lib. 30. ff. de S. P. U. Si vero plura sint beneficia, tunc Ecclesia respectu rectoris principalis erit libera: respectu autem aliorum beneficiorum patronata, ita ut rector principalis ad cetera beneficia presentet.

9. R. 2. Permutatione, aut venditione rei, cui annexum est jus patronatus, canon. 40. nemini 16. q. 7. cap. 7. 13. h. t. quibuscumque verbis ibi fiat, modo simonia caveatur, qualis probabilis censetur in eo casu, quo, v. g. castrum venderetur majoris ob annexum jurepatronatus habens commoda temporalia; nam commoda ista fluunt ex ipso jurepatronatus; ergo sicut jus istud licite vendi non potest, ita nec commoda et annexa. Oppositum docent Garcias, Molin. &c. Certo autem simonia committeretur, si jurepatronatus personale venderetur, vel commutaretur pro aliquo temporali, c. 16. hujus tituli.

10. R. 3. Jurepatronatus reale transfertur accessorie per infeudationem, inemphyteuticacionem, & constitutum usufructum rei, c. 7. 13. h. t. uti etiam per locationem cit. c. 7. ibi: ad firmam, seu annum censum: nam ad vasallum, emphyteutam, fructuarium, & conductorem transeunt omnes fructus rei; ergo & presentatio, cum & ista sit fructus rei habentis annexum jurepatronatus. Est tamen hic discrimen: nam vasallus, & emphyteuta ratione domini uti habent jus quasi utile presentandi: fructuarius vero, & conductor, in quos utile dominium non transfertur, habent solum exercitium, seu fructum presentandi, in quo potiores sunt creditore pignoratario; qui sicut non licet re pignoratæ uti, vel frui, ita nec presentare, cap. 18. de sent. & re jud.

11. II. Traditione rei dotalis transfertur in maritum jus presentandi arg. c. 7. de donat. int. P. & U. c. 16. de usur. nam in maritum principaliter transfertur dominium civile, & omnes fructus rei dotalis; ergo etiam jus presentandi, tanquam accessorium: ita